Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Vita Sancti Trudonis.

https://hdl.handle.net/1874/340658

Hanc lombardicam hystoriam contulit conventui fratrum hasseleten venerabilis
pr ffr iordanus iordanj sacr. theo. lect. ac huius conventus prior ... A° 14
34 18 septembris ... [illegible]
A° 1602 8 [illegible]

Conventus Eremitarum

Mel de petra.

Mel de christo

397 (Libri impr. fol. 450.) Charta. 2 ff. Saec. XV vel XVI ineuntis.
Legenda de Sancto Trudone.
In fine veteris editionis Aureae legendae sanctorum, cujus folia ultima desunt.
E conventu Eremitarum D. Augustini in Hasselt (Limburg).

fol. 159, 160, 195–202, 218–221 en
235–260 ontbreken

vergelyk F. fol. 301 2/II

F. 397

Dni Joannis Menten Confessarii Sororum
Hasselensis oppidi [illegible]
[illegible]

Lombardica historia que a plerisqz Aurea legenda sanctorū appellatur.

Conventus Eremitarum
D. Augustini in Hasselt
Anno 1602.

Legenda de sancto Trudone

Venerabilis Trudo in Hasbanie finibus nobilissima Francorum pro-
sapia ortus fuit: Erant autem parentes eius locupletes valde tam in
pecunia quam etiam in agrorum amplissima possessione: Erat vero sanctus
Trudo elegantis et pulcherrimus inter omnes sue pubertatis coetaneos. sapiens
verbis. prudens moribus. consilio firmus. in forma venustus decorus aspectu.
blandus alloquio Et quod in his maius Et a primis etatis sue tirocinio
in amore superne patrie ita exarsit ut cuncta quibus mortalium fruitur
vita despiceret atque immortalis vite appetitu magnopere desudaret
Cunctis etiam virtutibus quibus celeste regnum adipiscitur sanctus puer imbuebatur
infantia. nil de terrenis fastibus ambiens. mentis acie mercatoris omnium
amore simul et timore fixa tenebat. Erat autem in eo tanta largitatis
industria ut omnia que preter simplex ~~■~~ indumentum habere poterat pau-
peribus et egenis erogaret. Ita ut sepe accidisset quod etiam singularis
tegiminis utensilia seu etiam proprii corpusculi tam fame necessarium ~~abs~~ abscisum
indigentibus distribueret. Itaque gestum est: ut frequenter pro talibus gestis
parentes illi hoc graviter ferentes improperarent ei: et magnis minis
sepissime terrerent: Sed ~~nichil~~ nichil horum movit sanctum puerum instantibus. ac si illum potius
ad hoc opus instigarent ~~habeba~~ ~~hebatur~~ elemosinarum segetem ubique seminabat
retinens in corde suo testimonium Evangelice sententie: Date elemosinam et
ecce omnia munda sunt vobis Et egregii doctoris exemplum qui ait fratres
qui parce ~~seminat~~ seminat parce et metet: et qui seminat in bene-
dictionibus de benedictionibus et metet Intellexit igitur sanctus puer
nihil aliud hoc verbum innuere quam secundum elemosinarum quantitatem etiam
retributionis crescere augmentum. Unde ille despiciens peritura minas
reddendi pauperibus largius elemosinas erogabat Igitur ~~[illegible]~~ cum
beati pueri mens celestibus anhelaret desideriis: a terrenarum rerum ad
transitoria exercitia flagrante animo properaret Quadam die nimio fervore
divini amoris succensus: dum in quadam agri planitie congeriem lapidum
respexisset: quoddam fundamentum ad modum ecclesie ex eisdem lapidibus puerili
arte construens: ecclesiam omnipotenti deo fundit in corde: votum vovit quod deo

Postquam spacia vite dedisset et parentes suos heredes constituisset in sua propria hereditate ecclesiam
edificavit quam devocionis admodum deo post plures annos adimplevit. Sed antiquus humani generis
hostis votum beati pueri aspiciens more solito invidie accensus, Contigit autem quod ut quedam mulier
per eundem transiret locum in quo sanctus iuvenis basilice fundamentum statuit. quam invidus demonis
posse construere facile prospiciens contra beatum puerum instigavit, Illa namque credo in dictum opus credens
precari vultum aggrediens: nefandis verbis despexit per agrum, Sed divina diviciarum servi sui confestim
illam mulierem digna ultione percussit, nam celeri cecitate percussa est, obstupuit igitur illa, magnisque
clamoribus cepit clamare, Heu inquit, quoniam non sunt hec tenebre quam circumdederunt me, nam visus perfecti
sole nec quoque videre volunt His itaque clamoribus vicini habitatores illius loci concursu non modico
volentes adfuerunt et ea diligenter interrogaverunt quid sibi accideret ut his clamoribus voc
ceciderat, at illa cum fletu magno ob iniuriam beati iuvenis confessa est sibi talem per cecitatem
accidisse, audientes sancti pueri velociter adsunt, rogaverunt eum suppliciter universi ut facinus quod in se
mulier perpetraverat, clementer indulgeret et quod delictis illius immortali deo funderet preces at
ille ira motus cum lacrimis genua in terra deponens deum pro illa deprecatus est, statimque exaudivit
eum deus, et mulieri amissum visum reddidit celerius, valuit enim sancti pueri oratio diviciam
ulcissi sed contra prebuit indulgencie fructum, audiunt enim exhortacionem dicentis michi vindictam et
ego retribuam dicit dominus, retinuit quoque pauli apostoli sentenciam dicentis noli vinci a malo sed vince in
bono malum, Illa vero statim ut vidit magnas deo grates agens ad pedes sancti pueri prostrata
cecidit et sindonem qua induebatur super locum decisum paulo ante expandit et quod eam illuminaverat
sit in loco, magnis honoribus cepit venerari, Deinceps gestum est ut plerumque mulieres ut dignum
erat ab omnibus illuderetur. Crescebat autem in beati iuvenis pectore sicut cum sanctis corporis robore
animi sobrietas morum constancia, stabilitas mentis, omniumque statum operis virtutum. Contigit autem ut
labentibus annis ut humanam consuetudinem sancti pueri adolescentie tempus floreret veniebat itaque
ad eum et erat nobilissima stirpe creatus aliqui quoque invicem consanguinei eius hortabanturque eum immo
postulabant ut una cum illis ut mos est in eis fuit puerilis vanitati inserviret Ille vero mentis
intencionem unanimiter in celestis patrie amore roborabat Mundique suggestionem animi minime
subdidit et cum illis ad tale studium non se iterum prebuisset. Cum igitur hoc sepius aspiceret
et beati pueri mentem nullis secularium vanitatum sordibus humana suggestio contaminare potuisset ceperunt
prefati invicem despicere eum et quasi degenerem estimare, beatus vero iuvenis velud lenis Jacob
habitabat in tabernaculis pietatisque obsequia parentibus sollerti cura et magna sollicitudine adhibebat
seseque tamen inter laycales habitus et secularis vite tumultus in sancte religionis cultu et mandatorum
dei observatione semper crescebat ita ut forinsecus ob parentum pietatis observanciam laycus appareret
intrinsecus vero tota devocione abstinencia et magne religionis monachus existeret Itaque gestum est ut
in uno eodemque corpore gemina in deo duceret vita, audiunt enim quod moysi dominus dicentem
Honora patrem tuum et matrem tuam ut sis longevus super terram quam dominus deus dabit tibi, meminitque
verbi domini dicentis nisi qui reliquerit patrem et matrem et propter nomen meum non potest meus esse
discipulus His itaque duobus preceptis scilicet caritatis et pietatis misterium probabat
parentibus et igne divini amoris succensus abstinentie et castitatis orationis et vigiliarum et elemosinarum
assiduum deo reddebat cultum Erat autem unicum sancti viri singulare desiderium et frequenter
hoc postulare a deo ut sacras litteras disceret quibus soli deo militaret, cepit
mortalium in supputatione celeriter animis dignatus est deus respicere devotionem servi sui
et frequentem gemitum et lachrimarum clementer misertus Quadam nocte postquam vir sanctus
orationibus ac vigiliis institisset et sopori aliquantulum se dedisset apparuit ei vir formosissimus
miroque pulchritudinis aspectu vultu indutus albis vestibus hec verba ei dicere cepit

[illegible] quod petisti adimplebit dominus votum tuum quod ei vovisti in pueritia tua. Consolabitur te creator omnium et dabit tibi
sapientiam quam tu ab eo postulasti docebit te omnia mandata sua et precepta sua scribet in tabulis cordis tui. Tu
vero post hec dimitte populum suum et ad sacerdotium pervenies. Transiit itaque venerabilis Trudo gratias deo agens
conferens verbum domini inquirens in corde suo petite et dabitur vobis et omnis enim qui petit accipit et addidit quoque pre-
dictus formosus puer surge inquam et vade ad beatum Remaclum Tungrensem episcopum qui enim est haud longe hinc
in villa que nuncupatur Septem Burias ille dicet tibi quid te oporteat facere. Tu vero fac omnia que tibi dixerit
et sibi dominus autem tecum erit et custodiet te in omnibus viis tuis. Protinus surrexit volens eidem obedire velocius
visitatori assumens secum duos pueros accessit ad villam que dicitur Septem Burias, cum autem appropinquaret domui in
qua pontifex esse videbatur admonitus episcopus pueros suos dixit occurrite viro dei qui venit visitare
nos. cum eum appropinquat suscipite eum cum honore et adducite eum ad me. pueri vero cum eis iussum obviam
venerunt ei in ipso introitu porte que ducebat ad domum episcopi, cognoscentes quod de illo dixisset pontifex et
statim receperunt eum cum magna veneratione ac duxerunt illum ad episcopum qui illum suscepit cum magno
honore dicens, non possum inquam fili charissime celare vias tuas nam dominus ostendit mihi quod te oporteat
facere. inclina aurem tuam ad admonitionem patris tui verbum enim domini factum est ad me ut ostendam tibi
viam salutis tue. Perge itaque ad Godulphum Metensem episcopum eique possessionem tuam et cuncta que habes
in hiis partibus trade per manum eius sancto Stephano. fac illum heredem bonorum tuorum ut eius
suffragio verus heres regni celestis effici possis. revelatum est mihi a domino quod vovisti in pueritia
tua ut si tibi forte concessisset dominus maturioris etatis spatium ecclesiam sibi in tua hereditate edificare
[illegible] ab illo tempore desiderium fuit ut sacras literas didicisses. Suscepit itaque Christus votum
venerabile tui tradetque tibi desiderium cordis tui. Idcirco fac ut precipio tibi et pervenies ad Me-
tensem oppidum postquam sancto Stephano tuam tradideris hereditatem postula a prefato pontifice eiusdem
urbis ut studio sacrorum operum erudiat te dabitque tibi deus gratiam in conspectu omnium videntium te. Hiis
et aliis pluribus sanctis exhortationibus verbis vir dei admonitus est a beato Remaclo. Hiis itaque com-
pletis sanctus pontifex benedicens eum dimisit in pace. Beatissimus vero Trudo reversus est ad domum
suam et preparavit cuncta que necessaria illi erant in itinere dimissisque omnibus que possidebat feliciter
prospero cursu Metensem urbem petiit, tanquam Abraham patriarcha qui iubente domino exiit de terra sua et de
cognatione et de domo patris sui. Intravit autem beatus Trudo Metense oppidum dei famulus veniensque
ad gloriosam sancti Stephani martiris ecclesiam in qua cum summa ut dignum est reverentia pretiosissimus sanguis
illius custoditur que etiam Vandalorum tempore defendente divina gratia et meritis sancti martiris in medio
urbis incendio illesa permansit. Tradidit autem dominus sancto Trudoni gratiam et tempore [illegible] ad omnia obti-
nenda discere debuerat, commendatissimus igitur Trudo erat in sacrarum literarum studio magis [illegible]
per singulare certamine vincere hec toto corde adhibens nihil preter hoc in medio seculo diligens in re-
rum patrimoniis. sed quotidie macerabat in vigiliarum custodiis viriliter pernoctabat et effabili timore
assiduis incessabiliter dominum deprecabatur ut se sapientie sue fluentibus irrigare dignaretur. Inimicus
autem humani generis hostis cernens devotionem viri dei cum gemitibus more solito visus est nocere illi sed
quod internarum virtutum edificatione, quia vir dei munitus fuerat nihil damni inferre potuisset. Movere
repugnatorum verbum cepit veteribus nequitie sue machinis adhibere. Instigavit etenim quendam
clericum huius ville dispensatorem qui quotidianam alimoniam sumptus administrare debuerat illi-
usque cum gravibus verborum opprobriis tantum ei quantum erat donare consueverat. Sed vir dei patientie
armis inexpugnabiliter munitus in sue rectitudinis statu perseverabat. [illegible]
eum obiectionibus aurem cordis minime adhibebat. Quadam autem die dum in huiusmodi consuetudine [illegible]
[illegible] humani generis hosti iam dictus dispensator perseverantius insisteret et beatus Trudo in sua
simplicitate permaneret, [illegible] viro dei ille dispensator cum magna illusione sancti astabat ait [illegible]
[illegible] vult [illegible] de Hasbania [illegible] hec admiserit et [illegible] hec comederit panem